Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36516
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

149

in auditorio, ubi mandatum fit pauperum prior cum illo loquitur et
quale animum ad emendationem habeat eum interrogat. Cognita
vero eius voluntate: si permittit emendari et de incepto non facere et quod
consuetudo est libenti animo vult facere suum capitulum factum est.
Et abbas precipit qualiscumque hora sit usque ad collationem sonare ta
bulam sicut ad mandatum. Et veniunt omnes ad capitulum. Postquam
vero venerint prior aut domnus abbas si est presens benedicite dicit. De
inde causam pro qua convenerint et dicta duobus fratribus precipit ex
quibus unus prior est, alius camerarius ut eant et sicut consuetudo est eum du
cant. De hoc non miseretur ei si fuisset et filius regis aut invitus aut
sponte veniat. Venit namque nudus et discalciatus tenens cu
cullam plicatam in dextro brachio scopam in manu sinistra. Sta
mina tantum induitur a renibus usque ad crura et a capite usque ad
renes nudus. Est namque femoralibus et caligis indutus. Prior pre
cedit. camerarius sequitur. et ipse vadit in medio. Veniente
eo in capitulum prosternit se toto corpore ante illum qui ibi sedet.
Ponit namque cucullam et scopam iuxta se ad partem dextram. Inter
rogante eum qui ibi sedet quid dicat. nichil aliud respondet.
nisi mea culpa tantum. Imperante ei ut surgat surgit et sedet.
cucullam accipit et super crura ponit. Sive prior sive abbas precipit.
scopam quam ipse adduxit apprehendit. tantum flagellat illum.
quantum permittit qui ibi sedet. Dimissus vero cucullam tantum
se induit. ad pedes illius qui ibi sedet qualiscumque sit vadit.
et iubente illo pergit calciare se. eunte cum illo camerario.
Calciatus vero induitur vestimentis. iterum venit ubi prius veniam facit
et surgente: quicquid placet dicit illi tunc prior aut abbas.
Nam ammonent illum et terrent prout melius possunt. Postquam in pa